

607.

1276.

Konung MAGNUS I:s Privilegier för Riga borgare att handla i Sverige.

K. t. 2: 629. *)

MAGNUS Dei gratia Rex Sueorum &c. Nosse volumus universos et singulos, quod nos ad instantiam petitionis dilecti nobis fratris Ernesti Magistri Domus Theutonicæ de Livonia Burgensibus de Riga talem dedimus libertatem, ut in Regni nostri partibus, cum illuc pervenerint, emant et vendant et sint a Thelonio et ab omni solutione injusta liberi et securi, hoc solam excepto, si Nos quandoque propter necessitatem terræ nostræ aliqua in Terra nostra in emptione et venditione observari præcipiamus, quod et præfati Burgenses velut illi de Gotlandia & Lubeke simili modo servant. Datum Arusiæ Anno Domini MCCLXXVI anno Regni nostri primo.

608.

1276.

SIGGS till Ljunom och dess Fru CHRISTINAS Testamente af Ljunom till Alvastra kloster.

A. 3. v. 1: 6.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis Ego syggo de ljunom vxorque mea cristina consideracionis intuitu perpendentes huius seculi statum in deterius cotidie permutari. scientes eciam incertam fore cuilibet mortali sue vocacionis horam. & credentes firmiter elemosinarum largicione peccata nostra posse redimj testamentum nostrum sub hac forma statuimus ordinandum. Ad honorem gloriose dei genitricis & semper virginis marie Claustro de aluastro curiam nostram in occidentalj lynnum cum omnibus attinenciis mobilibus & immobilibus ad subsidium monachorum ibidem domino deo seruiencium legali donacione conferimus in presenti iure perpetuo possidentiam. illuc locum nostre eligentes sepulture, Jta tamen quod dictj fratres debita nostra quibus obligatj sumus persoluent pro duobus octonariis grangie supradicte. statuentes firmiter quod a nullo heredum nostrorum post decessum nostrum per generalem mortis condicionem donacio nostra superius facta a possessione dicti Cenobij possit modo aliquo reuocarj. nisi nos in diebus nostris secundum nostram & ipsorum redimere decreuerimus parilem voluntatem. Si quis vero temeritatis seu malicie pretextu infirmare. hoc testamentum nostrum voluerit excommunicacione dej patris omnipotentis & sanctorum omnium feriatur & cum impiis in die iudicij percipiat porcionem. Cuius rej te-

*) "Originalt finnes i Riga, afskriften är communicerad af Langebek."

Sv. Diplom.

stes sunt Dominus abbas Johannes. & cellerarius olauus gudmundus & stenarus monachi dicte domus. Vt igitur omnis ambiguitas super premissis valeat remoueri & excludatur occasio quelibet volentibus malignarj siggillum Dominj Regis, M. & Dominj H. episcopi lincopensis presenti pagine duximus adnectenda. Datum Anno M^oCC^oLXXVI^o.

Alla 5 sigillen bortfallna; till 4 äro silkestrådarne qvar.

609.

1276 d. 3 Jan.

Närboås.

Konung MAGNUS Is förordnande om verkställigheten af Hert. ERICs Testamente rörande Närdavi i Nerike och Husby Enhörna till Bisk. ANUND i Strengnäs.

A. 3. g. 1: 1.

M. dei gracia Rex sweorum. vniuersis presentes litteras inspecturis. salutem in domino. vniuersitati vestre tenore presentium declaramus. quod nos mansiones scilicet Nærthawi in Nærichia & Hosaby in Enhørne cum colonis omnibus & aliis earundem pertinenciis tam mobilibus quam immobilibus venerabili patri. domino. A. Episcopo strengnensi ratione testamenti dilecti fratris nostri quondam. E. Ducis sweorum custodiendas commendamus. Districte precipientes. Quatinus ordinationem suam in premissis nullus presumat aliquatenus impedire. aut in aliquo maliciose perturbare. scientes quod siquis huic mandato nostro contrarium attemptare presumpserit seueritatis regie non effugiet vlcionem. Datum in insula Nærboæas. Anno domini M^o.CC^o.LXX^o. VI^o. octaua beati johannis ewangeliste.

Sigillet bortfallet.

610.

1276 d. 7 Apr.

RÖRIK MATTSSONS till Ask testamente af Skällnora till Upsala Domkyrka, m. fl.

A. 3. a. 1: 13.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Røricus filius Mathei de asch. Salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi quod ego Røricus sanus & incolumis sub testimonio venerabilis patris domini archiepiscopi vpsalensis & omnium canonicorum eiusdem ecclesie in meorum remissionem peccatorum meum taliter condo & ordino testamentum. Ecclesie vpsalensi mansionem meam schioldanor cum duabus marcis terre & molendino ceterisque aliis tam mobilibus quam immobilibus eidem curie absque excepcione qualibet attinentibus confero perpetuo possidendam. Et filiis meis do unam marcham